

DE OFFICIO ORDINARIL

Cap. Conquerente.

S V M M A R I V M.

- 1 **E**pisopus in Ecclesia diocesis sua debet esse contentus iuribus Episcopaliibus.
- 2 **O**economi agitur nomine Monasterii, & stat in iudicio pro causis ad Monasterium spectantibus.
- 3 **O**economi appellatio quis veniat.
- 4 **A**bbas agere potest pro Ecclesia, seu Capellâ suo Monasterio subiectâ, ne indebita graventur oneribus.
- 5 **S**ed si illarum Rectores agere voluerint, erunt proponendi.
- 6 **A**ltor an, & quando cogi possit suam petitionem specificare, c. n. 40. & seqq.
- 7 **E**pisopus ab Ecclesia suo subiectus non potest petere nisi iura episcopalia in iure expressa.
- 8 **C**lerico non possunt cogi ab Episcopo ad prestandum aliquod servitium non expressum in iure.
- 9 **C**ollecta aliqua ab Episcopo imponi non potest Ecclesie sibi subiecte præter charitativum subsidium, c. n. 38.
- 10 **C**apelle Monasterio subiecte an, & quando teneantur Episcopo ad iura episcopalia.
- 11 **E**pisopalia iura, qua competunt Episcopo in Ecclesia sua diocesis, etiam inferiori Prelato subiectis sunt decem, & octo hic per ordinem enumerata usque ad n. 40.
- 12 **C**lerici, & laici quantumcumque potentes tenentur Episcopo ad canonicam obedientiam.
- 13 **I**mperator, & omnes Principes Episcopis suis in spiritualibus sunt subiecti.
- 14 **R**everentia in quibus consistat.
- 15 **D**ebet Episcopo suo etiam ab exemptis.
- 16 **I**tem a Regibus, & Principibus saculi, n. 17.
- 17 **E**xemptus à iurisdictione Episcopi non censetur exemptus à iure reverentiali.
- 18 **I**nstitutio cui de iure communi competit, eidem & desinitio.
- 19 **S**ecus si de iure speciali.
- 20 **E**pisopus fundat intentionem super iure instituendi, & desinitio in Ecclesia omnibus sua diocesis.
- 21 **P**rescripta institutione non censetur prescripta desinitio.
- 22 **D**esinitio qui potest, multo magis potest corrigere, sed non è converso.
- 23 **C**orrectio, & reformatio, an, & in quo differant, remissive.
- 24 **E**pisopus de iure communi procedere potest contra omnes Clericos sua diocesis, licet subsint inferiori Prelato.
- 25 **D**eclaratur.
- 26 **P**enitentiam publicam solus Episcopus potest imponere, pro enormibus tamen criminibus, & scandalosis.
- 27 **E**t potest eam in aliam secretam commutare.
- 28 **P**arochus cui debeat confiteri.
- 29 **S**uper quarta decimationum Episcopus fundat intentionem de iure communi contra Parochos, non contra Parochianos.
- 30 **Q**uarta mortuorum qua dicitur.
- 31 **D**ebet Episcopo non iure consuetudinario, sed iure communi.
- 32 **I**tem debet etiam cum Ecclesia heres esse instituta est.
- 33 **S**uper quotiendum est consuetudini.
- 34 **E**t potest Episcopus iuxta consuetudinem exigere trigessimam rationem visitationis testamentorum.
- 35 **V**isitare potest Episcopus Ecclesias sua diocesis semel tantum in anno, nisi necessitas aliter postulerit.
- 36 **A**d visitationem diocesis absolvendam Concilium Tridentinum nullum tempus præfixit, sed reliquit arbitrio Episcopi.
- 37 **D**ebet tamen eam continenter proseguere, nec ad extraneos actus divertere.
- 38 **V**isitor non potest reusari, nisi iudicialiter procedat vel modum excedat in corrigendo.
- 39 **C**haritativum subsidium quasob causas fit ab Episcopo stultitiam, & an sit liberalitas.
- 40 **E**t qua verborum formula sit petendum, & an reges possint illud imponere.
- 41 **P**etitio adiorum alia universalis, alia generalis, alia singularis.
- 42 **I**n libello non tenetur Episcopus exprimere episcopalia iura, qua sunt in iure expressa.
- 43 **S**ecus si petat iura sibi competentia ex consuetudine.
- 44 **A**d Cathedralium monasteria non tenentur, ut pote exempta à lege diocesis, sed eorum Capelle solvunt hoc nomine duos solidos.
- 45 **C**athedralium, seu synodalicum curia appellatur, c. n. 53.
- 46 **D**enominatio sumitur quandoque à causa, quandoque à loco.
- 47 **P**ro Cathedrali ad cuius estimationem duo solidi sint solvendi, c. n. seq.
- 48 **S**olidi appellatione intelligitur aureus, & quot solidi constituent libram.
- 49 **C**athedralium an sit sublatum à Concilio Tridentino, c. n. seq. usque in fin.
- 50 **E**st de iuribus episcopaliibus, & adeo privilegium ut in totum præscribi non possit.
- 51 **N**on comprehenditur in generali dispositione, nisi de eo fiat mentio specialis.
- 52 **F**uit introductum ex Concilio Bracharensi secundo.
- 53 **C**athedralium est census duorum solidorum, qui solvuntur Ecclesia Cathedrali in signum subiectionis, & honorem Cathedralis.
- 54 **N**on exigitur in visitatione, sed in Synodo.
- 55 **E**st de lege diocesis, & visitatio de lege jurisdictionis.
- 56 **C**oncilij Tridentini decretum cap. 3. sess. 24. expenditur, c. n. seq. usque in fin.
- 57 **R**elatio non est scienda ad præcedentia quando induceretur correctio iuri communi.
- 58 **Q**uarta canonica, & alia iura episcopalia præservata sunt à Concilio Tridentino.
- 59 **D**ictio, alius est repetitiva similium etiam si adiuncta si dictio universalis.
- 60 **A**rgumentum de pacto ad legem validum est.
- 61 **E**xceptio facta per dictionem taxativam non excludit alias similes exceptiones.
- 62 **V**isitationis Ecclesie typus, & comprehendit descriptio.

- 1 **C**ONQUERENTE. Episcopus in ecclesia diocesis suæ debet esse contentus iuribus Episcopaliibus: & que iura Episcopalia declarat. Hoc dicit secundum omnes; & sunt due partes. In prima ponitur petitio, & contellatio. In secunda sententia sibi, nos autem.
- 2 **N**ota primo ex principio textus economum agere nomine monasterii, & stare in iudicio pro causis ad monasterium spectantibus, ut hic, & in cap. Imperatorum, infra de iuram. calum. & notant hic Butr. Card. Anchar. & Imol. omnes in 1. notab. Quis autem veniat appellatio economi notatur in cap. In petra candelis, cod. tit. non tamen distinguit Canon an nomine economus, Syndicus, Ador, vel Procurator, quia licet nomina sint diversa, officium tamen est idem, cap. Petitio, & ibi gloss. in ver. Adores, inf. de procur. gloss. penult. in cap. 1. de iuram. calum.
- 3 **S**ecundò nota Abbatem agere posse pro ecclesia, seu Capellis suo monasterio subiectis, ne indebitis gravetur oneribus: ad idem cap. 1. & ult. supra de offic. Archid. cap. Auditus, & cap. Extransmissas, infra de prescript. Clem. 1. de rescript. Innocent. hic in princ. Holtien. & Bellam. uterque num. 1. Joan. Andr. nu. 3. & Abb. in 1. notab. nam si potest agere economus, multò fortius Abbas, secundum Imol. in 1. notab. Si tamen Rectores ipsarum Capellarum voluerint agere, erunt preferendi, arg. cap. penult. infra de re iudic. & notat Innoc. in cap. Edicti, supra, de rescript. Quod latius persequitur idem Innoc. hic & post eum Holtien. & Joan. Andr. omnes in princ.
- 4 **T**ertio nota ibi, petens ut specificaret: reum perire posse ut generalis petitio adiorum declaratur, & specificetur ad hoc ut scire possit an sibi expedit credere, vel contendere, cap. penult. & ult. infra, de libell. oblat. Sed quomodo hoc intelligatur, plenius examinabitur infra in glossa prima.
- 5 **Q**uartò nota ibi, hic iuribus, in præfatu ecclesie contentus. Episcopum ultra iura episcopalia in iure expressa non posse aliud petere ab ecclesia sibi subiectis. Ex quo inferat Abbas hic num. 1. ut Episcopus petere non possit à Clericis suæ diocesis aliqua servitia que in iure non sunt expressa, cap. Quia cognovimus, 10. quest. 3. Et per hoc alias respondi Episcopum Burgi Domini potuisse quidem invitare, sed non compellere Clericos suæ civitatis ut interessent Litanij Beatrix Virginis, quas in Sabbatho decantari iusserat in sua Cathedrali ecclesia. Et alias responsum est Clericos non habentes officium, vel beneficium Ecclesiasticum cogi non posse ab Episcopo ad publicas processiones accedere.
- 6 **N**ec etiam secundum Abbatem potest Episcopus ecclesie imponere aliquam collectam, præter charitativum subsidium, manifesta, & rationabili causa imminente, ut in fine textus, & dicam inf. num. 38.
- 7 **Q**uò nota ibi, ad monasterium spectantibus, Capellas monasterio subiectas teneri Episcopo ad iura episcopalia, ut hic est casus secundum Joan. Andr. & omnes: licet monasterium ipsum non teneatur ad ea, que sunt de lege diocesana, ut ad Synodaticum, & ad alia, que notantur in

- 8 **C**apellam, infra eod. Hoc tamen intelligit Abb. hic num. 1. vers. Sed nota, dummodo capellæ, & ecclesie sint seculares, & subiecte monasterio de iure speciali: secus si sint regulares, sique inhabitent Monachi; quia tunc gaudent privilegio Monasterii, cum monasteria dici possint, allegat Archid. & Joan. Andr. in c. 1. de prob. lib. 6. & Joan. de Liguani in Clem. 1. de excess. Et aliar. & notata per Innocent. in c. 1. de statu Monach. Tu verò dicas hoc pendere ex forma privilegij, c. Porro, de privi. cap. Si Papa, & c. Per exemptionem, eod. tit. lib. 6. Multa enim sunt ecclesie seculares subiecte monasterii exemptis, vel nullius diocesis, que non tenentur Episcopo de iuribus episcopaliibus respondere, ut scriptum latissime in c. Grave, in fi. eod.
- 9 **S**extò nota ex integro contextu iura episcopalia hic per ordinem enumerata, que competunt Episcopo de iure communi in Ecclesia, seu capellis diocesis suæ etiam subiectis inferiori Prelato, sive seculari, sive regulati, ut hic per Butr. num. 9.
- 10 **P**rimum jus episcopale est canonica obedientia, que consistit in observando Episcopi monita, & mandata, ut c. Dilecti, infra, de major. & obed. & ad hanc tenentur tam Clerici, quam laici quantumcumque potentes, c. Omnes principes, & ibi gloss. un. & Doctores eod. tit. Abb. hic num. 2.
- 11 **S**ecundum jus episcopale est subiectio: sicut in spiritualibus, c. 2. 16. quest. 5. secundum Innoc. hic num. 3. in ver. Subiectionem. Ad quam similiter tenentur indilindè omnes in spiritualibus Imperatores, & omnes Principes sunt subiecti Episcopis suis, c. Duo sunt, 96. dist. gloss. in d. cap. Omnes Principes, Petr. de Anchar. in reperi. cap. Canonum statutum, num. 4. vers. Similiter ratione spiritualium, de consuet. Si quis verò non exemptus hanc subiectionem Episcopo negaverit, tolerandus non est, sed abiiciendus ab ecclesia, & tanquam acephalus iudicandus, nec fuit ei aliqua episcopalia suffragia ministranda, cap. Nulla ratione, 93. dist. & cap. Abbatibus, 18. quest. 2. Holt. hic, numer. 8. in ver. Subiectionem, & Joan. Andr. num. 17. Tertium jus episcopale est reverentia, que consistit in honore, qui exhibetur in assurgendo, caput inclinando, genuflectendo, & his similibus. Licet multoties reverentia, & obedientia accipiantur ut synonyma, ut dixi in c. Husque, in 2. notab. post Carc. ib. in 3. qu. & Abb. num. 1. in antepenult. not. de major. & obed. Ad hanc autem reverentiam Episcopo exhibendam tenentur etiam exempti, ut post Oldrad. notat Bald. in 1. fin. numer. 3. vers. Item per hanc textum, c. De bon. libert. ubi ait exemptum à iurisdictione Episcopi non censeri exemptum à iure reverentiali, & sequitur hic Felin. in princ. Et ad hanc similiter tenentur etiam Principes supremi, ut est textus in c. Sibita, ibi, cum alij Reges, & Principes Archiepiscopis suis, sicut debent, reverenter assurgant, de major. & obedien.
- 12 **Q**uartum, & quintum episcopale jus est in litigio, & destructio, scilicet authorizabilis, secundum Holtien. hic num. 8. in ver. Institutionem, & Joan. Andr. num. 18. qui remittunt ad c. Cum factu, supra de offic. Archid. & ita cui competit de iure communi jus instituendi, competit, & jus

19 jus deservendi. Unde super utroque Episcopus fundat intentionem in ecclesiis omnibus hanc dicecesis, ut hic, & in c. Omnes basilicae, & in c. si quis denique, 16. qu. 2. & in c. Cum ex iurisdictione, in fin. inf. de heret. Abb. hic num. 2. Secus si institutio competeret alicui de iure speciali, puta ex prescriptione: nam praescripta institutione non censetur praescripta deservitio, ut tenet Host. & omnes in d. c. Cum ex iurisdictione, teste Felin. hic nu. 1. vers. Praescripta institutione, & plenius in c. Audita infra, de praescript. An autem praescriptio iuris instituti deservitio cum Episcopo, an privativa latissime examinavi in praedicta Decretali, Audita.

Sextum, & septimum jus episcopale est correctio, & reformatio, & ita haec duo non comprehenduntur in institutione, cum hic ponantur tamquam diversa, secundum Anon. de Butr. num. 1. Quod non placet, quia quipotesse depone, seu deservitio, quod plus est, utique multo magis potest corrigere, & emendare, quod minus est, c. Ex parte, si verò, de decim. & cap. Cui licet, de regul. iur. lib. 6. ad hoc c. Admissionem, 22 infra, de accusat. Hic verò ponitur tamquam diversa, quia in correctione non continetur deservitio, sed non è converso. An autem, & in quo differant correctio, & reformatio, vide abb. hic num. 2. vers. Quinto, & in c. Irrefragabili, in 2. notab. supra eod.

Octavum jus episcopale est censura ecclesiastica, scilicet excommunicatio, suspensio, & interdictum, ut c. Quarentis, de verb. signif. glof. in c. 1. in ver. Interdicti, de his qui vi met. cau.

23 Nonum jus episcopale est iurisdicatio in causis omnibus ad forum ecclesiasticum spectantibus, de quibus vide Concilium Tridentinum, c. 20. sess. 24. & ex hoc inferit Abb. hic nu. 2. vers. septimo, ut Episcopus de iure communi procedere possit contra omnes Clericos suae dicecesis, licet

24 subdit inferiori Praelato. Adde etiam Praelatus sit regularis, ut dixi supra in 5. notab. Hoc tamen, ut ibi tetigit, pendet ab inspectione, an iurisdicatio competens inferiori Praelato de iure specialiter cumulativa, vel privativa ad Episcopum. De quo dic ut plene scripsi in d. c. Audita infra, de praescript. & in c. Grave, infra eod.

25 Decimum jus Episcopale est poenitentia, scilicet publica secundum glof. hic in ver. Poenitentia: nam soli Episcopo jus competit huiusmodi poenitentiam iniungendi, cap. In capite, 50. dist. c. Accedentibus, & ibi glof. pen. de excess. Praelat. Nec tamen pro omnibus criminibus, sed tantum pro enormibus, & scandalosis, cap. fin. 26. quast. 6. Abb. hic numer. 4. vers. Et in eo quod glossa dicit, Quando enim ab aliquo publice, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandaloso offensus, commotoseque fuisse non sit dubitandum; huic condignam pro modo culpa poenitentiam publice iniungi oportet, ut quot exemplo suo ad malos mores provocavit, suae emendationis testimonio ad rectam revocet vitam, Concilium Tridentinum cap. 8. sess. 24.

26 Episcopus tamen, ut ibi dicitur, publice hoc poenitentiae genus in aliud secreti poterit commutare, quando ita magis judicaverit expedire. Alii verò intelligunt hunc textum de poenitentia etiam privata, quae scilicet pro majoribus criminibus imponitur in casibus Episcopo re-

servatis à iure communi, de quibus vide gloss. in cap. 2. in ver. Reservari, de penit. & remiss. lib. 6. vel in alijs, quos sibi Episcopus duxerit specialiter referendos ad praescriptum Concilium Tridentini sess. 14. de Sacram. Pont. cap. 7. de cas. reserv. & decreti Clementis VIII. impressi apud Stephan. Quarant. in ver. Casu reservati, fol. 163. Sed Abbas hic num. 4. col. 4. in princ. intelligit hunc textum proprie prout loquitur, ut scilicet Presbyteri Parochiales teneantur pro omnibus poenitentis recurrere ad Episcopum: nam cum ei subdit immediate, non possunt ab alio, quam ab ipso absolvi, vel ab Archiepiscopo tero Ecclesia Cathedralis, qui in hoc est Vicarius Episcopi, ut est textus in cap. Officium, supra de offic. Archiepiscopi, de quo plenius per Hostien. in Summa de Pont. & remiss. 8. Cui consistendum, vers. Cui presbyter parochialis. Qui tamen hoc limitat, nisi Parochus sit alteri subiectus in spiritualibus, & sequitur Felin. hic numer. 2. vide Concilium Tridentinum, c. 1. sess. 24. Extravag. Vas electionis, de heret. & quod scripsi in c. Omnia, infra de penit. & remiss.

Undecimum jus episcopale est collatio omnium sacrorum, id est chirotoniae, & ordinis cap. Quanto, supra de consecr. cap. 11. 5. ver. fronta, de sac. Vnic. Concilium Florentinum in edicto s. dei Eugenii IV. 5. Secundum sacramentum, c. 5. sextum. Item consecratio Ecclesiarum, almsgatium, virginum, & consimilium, de quibus in c. Quoniam Chorepiscopi, 53. dist.

Duodecimum jus episcopale est Synodus, ad quam tenentur accedere excepti omnes, qui alia cessante exemptione in eam interesse debent. Concilium Tridentinum in c. 2. sess. 24. Dixi in c. super his, n. 5. inf. de maior. & ord.

Decimum tertium episcopale jus est Synodalicum, seu Cathedraliticum, de quo mira in glem. Duos solidos.

28 Decimum quartum est quarta decimationis, & sic Episcopus de iure communi fundatam habet intentionem super iure exigendi quartam decimarum totius episcopatus, ut hic & in cap. Quoniam, infra de decim. & est communis opinio omnium fere Doctorum, ut deducunt Dominus de Rota decif. 31. num. 5. part. 2. divers. Dixi in cap. Cum contingat, num. 23. de decim. non tamen fundat intentionem contra Parochianos, sed contra Parochos, ut scripsi plene in d. cap. Quoniam, num. 23.

29 Decimum quintum jus episcopale est quarta mortuorum, quae scilicet debetur Episcopo ex legatis pijs, & appellatur mortuorum, quia in morte relinquuntur, secundum gloss. hic in ver. Mortuorum, & Butr. numer. 46. & alia appellatur quarta, seu portio canonica, de qua in cap. Officium, & cap. Requiriti, infra, de testam. & haec debetur Episcopo non iure consuetudinario, ut hic putavit Innocent. num. 4. sed iure communi, cum inter iura Episcopalia hic connumeretur, secundum gloss. proximè citatam, Butr. num. 47. & communiter Doctores. Quorum sententiam non obscure probavit Tridentina Synodus sess. 24. cap. 3. in illis verbis, praeter id quod ex relictis pijs iure debetur. Unde cum Fundamus Episcopus quaelibet iuris dispositio, qua de legatis pijs Ecclesiis, seu Capellis relictis debetur quarta Canonica portio Episcopo, sit

servanda quando Ecclesia, vel Capella ipsa hereditate est: Die 31. Augusti 1606. S. Congregatio censuit deberi etiam cum Ecclesia esse heredes ex aße instituta. Quod sententiæ Lapis de Canon. portio. cap. 2. n. 22. & Petr. de Ubaldo. eod. trad. cap. 2. n. 12. Fateor tamen super quota standum esse consuetudini, quia aliquando est quarta, & aliquando medietas, cap. 1. & 2. & c. Certificari, de sepulch. Butr. hic n. 5. Unde alias responsum est potuisse Episcopum iuxta consuetudinem exigere trigessimam ex relictis pijs ratione visitationis testamentorum: secus si in testamentis nullum esset relictum pijs.

34 Decimum sextum jus Episcopale est annua visitatio, & sic Episcopus semel tantum in anno potest Ecclesias suae dicecesis visitare, ut hic tenet gloss. in ver. Annua, concordat c. Decretimus, c. Episcopus, & c. Placuit, 10. quast. 1. & c. 1. Mandamus, ubi gloss. ultim. & DD. supra de offic. Archiepiscopi, Concilium Tridentinum c. 3. sess. 24. Verumtamen si necessitas postulaverit, etiam pluries in anno visitare poterit cap. Regenda, 10. quast. 1. cap. Visitandi, & cap. Non semel, 18. quast. 2. & ita intelligi debet quod alibi dicitur bis in anno, ut in cap. Cum venerabili, infra de censu. id est si toties opus fuerit, ut declarat gloss. praereg. Butr. hic n. 48.

35 An autem Episcopus teneat suam visitationem concludere intra certum, & determinatum tempus iuxta latitudinem suae dicecesis: S. Congregatio Concilii ab Episcopo Altoriceno consultata censuit Concilium nullum tempus praefixisse, sed reliquisse arbitrio Episcopi, quod tamen debet esse moderatum, & discretum. Item consultata an Episcopus possit interpolatis temporibus prosequi visitationem. Respondit debere Episcopum visitationem incontinenter prosequi, nec ad extraneos actus divertere, sed quam primum, iusto impedimento cessante, ut periciatur incumbere Rursus orta dubitatione an Episcopus visitans possit tanquam suspectus revocari: Sac. Congregatio censuit non posse, nec cum generali visitationem aggrediri nec cum ad speciale descendit, si modo sine strepitu, & figura iudicii procedens, poenas non imponat delictorum ordinarias, sed eas tantum, quae morum correctionem respiciunt, & modum corrigendo non excedat, per doctrinam Archid. in c. Quia plerique, de offi. Ordin. lib. 6.

Porto de visitatione egerunt copiosissime Jo. Franciscus de Pavinis Rota Auditor in suo tractatu de Visitacionibus inter tractatus communes tom. 1. fol. 115. alias fol. 178. & Marian. Socini in Opusculo de Visitacione in 13 libellos distincto quem habes in 2. vol. super Decretal. pag. 226. omisis recentioribus. Tu vero quanta in Visitacionis latitudine, & quam multa oporteat Visitatorem inquirere, & scrutari, ut muneris suo satisfaciatur, aspice quasi in tabula, & sub compendio ex typo visitationis ecclesiasticae, quem in calce hujus cap. inferendum duxi ad communem utilitatem.

Decimum septimum, Episcopale jus est procuratio, de qua scripsi latissime in cap. Venerabilis, infra de censu. illic recurre.

38 Decimum octavum, & ultimum jus Episcopale est Charitativum subsidium, seu moderatum auxilium ad Episcopos ex necessaria causa

postulandum, ut hic in fin. & in cap. Apostolus, infra, de censu. vel ut hic Episcopus ut tenens, vel gre alieno gravatus, aut Episcopo eundem sit ad generale Concilium, ad Papam, vel Imperatorem pro communibus negotiis, vel quid simile, ut hic per Hostien. n. 16. Anchar. n. 4. & Abb. n. 2. vers. ultimo. Quo fit ut charitativum subsidium licet cum charitate petatur, tamen non sit liberalitas, quia in necessitatibus nemo charitativus est, ut inquit Bald. hic n. 10. Qua autem verborum formula cum charitate à subditis sit postulandum, pulchè hic docet Host. n. 17. & an Reges possint ejusmodi subsidia imponere, vide hic per Bald. in ult. quast. & per Butr. in cap. Perveit n. 6. 11. de imman. ecclesiast. De charitativo subsidio egregium tractatum scripsit Barthol. Bellencin. Rota Auditor, & Remigius de Gonn. inter tract. comm. tom. 1. 5. part. 2. fol. 169.

40 In glossa prima cum quaeritur an Auditor teneatur petitionem suam in libello declarare, seu specificare, distinguo triplicem petitionem, ut hic magistraliter per Innoc. n. 5. Quaedam enim est petitio universalis videlicet cum petitur unversum jus, exemplum in petitione hereditatis, & in iudicio familiae extorundae, in quibus venit unversum jus ordinis. Quaedam est petitio generalis, quae scilicet in iudicio multa capitula, ut adio pro socio, vel tutela, seu negotiorum gestorum. Quaedam est petitio singularis, cujus significatio sumitur ex re univ. cum scripta secundum Bald. hic n. 7. ver. ille autem dicitur, ut rei vindicationis, hypothecae, & similia, de quibus omnibus notatur in l. 1. ff. De ead. & in cap. 2. infra de libell. oblat. In quibus igitur unversalis, vel generalis non est opus in singularia capitula specificentur, sed satis est causam exprimere. Unde live petitio juris Episcopalis unversalis, ut tenet glossa nostra & Bald. n. 7. live sit generalis, eo quod non complectatur unversum jus ecclesiae, sed tantum iura Episcopalia hic enumerata, ut tenet Innocent. tamen indistinctè procedit libellus, in quo Episcopus petit sibi adjudicari totum jus Episcopale secundum Innocent. cum quo Hostien. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Abb. & alij transeunt, & quamvis Butr. dicat Auditorem teneri singula haec iura specificare, si reus hoc postulaverit per istum textum: Hoc tamen verum non est secundum Abb. n. 4. quia cum iura episcopalia sint in iure expressa, sunt certa, & clara, nec teneat

42 quis exprimere quae à iure specificantur. Nec obstat textus hic, quoniam iste Episcopus quotidie has Capellas vexabat, nec erat contentus iuribus episcopalibus, ut dicitur in littera merito Abbas petit ut iura episcopalia exprimeret, quia multa poterant illi competere ex consuetudine, quo casu necessaria est Auditoris specificatio, & probatio, secundum Innocent. & omnes. In petitione autem reum singularium, quae debeant specificari, dicitur plene notatur in dicto cap. 2. infra de libell. oblat.

In glossa, duos solidos. Nota primò differrentiam inter monasteria, & eorum Capellas: nam monasteria ad Cathedralicam non tenentur, Capellae verò hoc nomine tenentur solvere duos solidos, ut hic, & in c. Inter casera, 10. quast. 3. Ratio differentiae est,

est, quia monasteria exempta sunt à lege diocessana, ut ibi, & in c. Pro utilitate, 16. q. 1. & c. Quamvis, 18. q. 2. sed eorum Capella secus, ut c. ult. & c. pro utilitate, de Capella, Monach. & c. De Monachis, de praben. & notat glos. in d. c. Inter cetera, 44 in ver. Solutiones, & Hoff. hic n. 12. Secundo nota hoc jus Episcopale quandoque appellari Cathedraliticum, quia solvitur pro honore Cathedralis, cui præest Episcopus; c. Placuit, 10. q. 3. Quandoque Synodaticum, quia solvitur in Synodo, c. Olim, inf. de censib. Innoc. hic n. 3. in ver. Synodatici, Abb. cons. 7. Tria circa primum, n. 4. vers. Sed quamquam, lib. 2. Dixi in c. Venerabilis, n. 16. c. d. titul. & hinc collige denominationem sumi quandoque à causa, quandoque à loco, ut hic per Butr. n. 42. concordat textus in l. Jus pluribus, in fin. ff. De iust. & iur. Tertio nota duos solidos pro Cathedralitico solvendos esse juxta altimationem illius monetæ, quæ antiquitus, & ab initio solvi consuevit. nisi circa solutionem minoris vel majoris monetæ, quæ modo est in usu, sit præscriptum, ut in d. c. Olim de censib. & cum glossa transeunt hic Hoff. n. 12. in fin. Jo. And. n. 39. Butr. n. 43. & Abb. n. 6. Nomine autem solidi intelligitur aureus, ut notat glos. i. in cap. 1. 10. q. 3. nam & lex civilis pro solido aureo intelligit, & antiquitus septuaginta duo solidi unam libram auri constituiebant, ut l. Quotiescumque, & ibi glos. ult. & Bart. c. De suscepi, & Anchar. l. b. 10. Unde ad illam estimationem solvendi essent, nisi obstat consuetudo. Hodie vero nonaginta sex autem constituunt unam libram, ut per Abb. d. n. 6. Quod latius profequitur hic Felin. multos cumulans n. 2. vers. Dum Abbas tantum, & de varia solidorum, & aureorum altimatione vide Covarr. variar. resol. cap. 10. n. 3.

Quæro, An Concilium Tridentinum, sess. 24. c. 3 prohibens quidquam exigi ex causa procuracionis pro visitatione etiam testamentorum ad pios usus, præter id, quod ex relictis piis jure debetur, & alio quovis nomine, exceptis victualibus censetur fuisse Cathedraliticum.

Videtur negativè respondendum.

Primo quia cum de jure communi episcopis Cathedraliticum debeatur, & inter episcopalia jura connumeretur, ut hic patet; & sic adeo privilegiatum, ut in totum præscribi non valeat, secundum Archid. & Joan. Andr. in c. 1. de prab. lib. 6. Abb. in c. Cum venerabilis n. 3. de censib. & conf. 99. Videtur primò, in fin. lib. 1. & dicitur conf. 7. n. 4. vers. Sed quamquam, lib. 4. ubi testatur hanc esse communem opinionem; & in eo frequenter pars non modica redditum episcopalis mensæ dicat consistere: non est verisimile sublatum fuisse jus tam insigne sine nota, & mentione speciali; & ad l. item apud Labeonem, §. Hoc edictum, ff. De injur. de quo est textus expressus in c. Pastoralis, de donat., ubi dicitur Cathedraliticum non comprehendi in dispositione generali, nisi de eo fiat expressa mentio; & ibi hoc notat gloss. in ver. Cathedraliticum, Joan. Andr. & ceteri Hoff. in summa in titul. de off. Ordin. §. Quid pertinet, vers. Et nota. Henric. Boic. de synod. Episc. par. 3. n. 83. Card. in c. Cum venerabilis, in 3. qu. ubi etiam Abb. n. 3. de censib. Et confirmatur, quia Cathedraliticum inductum fuit ex Concilio Bracharensi II. cap. 2. ut refertur in c. Placuit, 10. q. 3. Unde multo minus censeri debet illi derogatum fuisse abique speciali men-

tionem, c. Ex parte, de Capell. Monach. c. Eam re, de rat. & qual. & c. Notit, ubi Felin. n. 2. vers. Sed nota, de reser. Quamvis enim secunda constitutio Concilii tollat primam contrariam etiam Concilio specialiter non deroget, secundum gloss. Archid. Joan. Monach. Joan. Andr. & alios in c. 1. de constit. lib. 6. tamen requiritur ut secunda Constitutio statuat expressè contrarium ejus, quod dispositum in prima: neque enim decretis in Concilio tanta cum deliberatione, & solemnitate editis præsumitur fuisse derogatum sub tali tacurnitate, ut bene per Oldr. cons. 326. Quid astrictum, n. 1.

Secundo quia Concilium prohibet exactio- nes causa procuracionis pro visitatione: ergo non censetur prohibere Cathedraliticum, quod neque exigitur causa procuratoris, neque pro visitatione. Tum quia titulo valido, & à procuracione diverso exigitur, ut constat ex hoc cap. Est enim census duorum solidorum, qui solvitur ecclesie Cathedrali in signum subiectionis, & honorem Cathedralis, d. c. Placuit, c. Illud re, & c. fin. 10. q. 3. Abb. in c. Pastoralis, n. 7. in glos. in ver. Præter Cathedraliticum, de donat. Tum quia non exigitur in visitatione, sed in Synodo, c. Olim infra de censib. & ex sententia sacre Congregationis Concilii, dixi in cap. Venerabilis, n. 16. eod. tit. propterea enim appellatur etiam synodaticum, ut hic patet, & tetigit supra, n. 44. vel quia datur pro Synodo, quam Episcopus celebrare debet singulis annis, secundum Gemin. cons. 85. Super primo dubio, n. 6. vers. Sed Cathedraliticum à visitatione, quia visitatio est de lege jurisdictionis, Cathedraliticum vero de lege diocessana, glos. in c. Dilectus in ver. de lege jurisdictionis, & ibi Hoff. n. 6. Abb. n. 4. & communiter Doctores infra eod. Unde ex prohibitione unius, tamquam ex diversis non potest inferri ad probationem alterius ad l. Papi- manus ex lib. ff. De minor. cum vulg. & cum differen- ter, diversis locis & temporibus exigitur, non potest applicari ad causam visitationis, quæ habet tempus & loca particularia & præcisa: effectus enim non debet tribui non proportionatæ causæ, quæ limitatæ limitatum producit effectum, l. In agris, ff. De acquir. rer. domin. l. Quod dicitur, ubi Angel. ff. De pact.

Tertio quia illa verba Concilii Tridentini, vel alio quovis nomine, videntur referri potius ad exceptionem, quam ad regulam negativam in dic. c. postquam sicut sensus, Episcopus nihil exigat pro visitatione etiam testamentorum, præter id, quod debetur ex relictis piis, vel alio quovis nomine & ita Cathedraliticum expressè sub illis verbis præservetur. Quæ interpretatio rationabilis videtur, cum non sit facienda relatio ad præcedentia, quando induceretur correctio juris communis, sicut in hoc casu, ut per Alex. cons. 28. Quod concurrete, n. 6. vol. 1. & quia cum prohibuisset Concilium quidquam exigi pro visitatione etiam testamentorum ad pias causas, quæ cadunt sub visitatione, ut videat episcopus an executioni mandentur juxta testatorum voluntatem Bald. in l. Si quis ad declinandam, §. In omnibus, n. 19. c. de Episc. & Cler. Et posset dubitari, quæ sub hac generalitate verborum sublata esset quarta Canonica Episcopo debita juxta textum hic, & c. officii, infra de testam. Idcirco eam excepit sub illis verbis præter id quod ex relictis piis

piis jure debetur. Et ne occasione hujus exceptionis posset quis opinari sublatum esse quod alio nomine legitime deberetur, adjecta verba, alio quovis nomine Quibus verbis omnia jura legitime Episcopo competentia præservavit.

Quarto quia etiam illa verbo, vel alio quovis nomine, referantur ad prohibitionem, ut in sensus, non posse exigi quidquam pro visitatione testamentorum, vel alio quovis nomine; tamen utrumque generalia sint, referri debent ad causam expressam, & sic ad visitationem, l. Si de certa re, ubi Jaf. in 2. notab. c. De ransact. atque ita non comprehendunt Cathedraliticum, quod non debetur ex causa visitationis, ut ostensum est supra.

Præsertim cum dictio illa sit repetitiva similibus etiam adjuncta sit dictio universalis, sicut est adjuncta in d. c. 3. ibi alio quovis, & c. ut probat textus in l. Si fugitivi, juxta glos. in ver. Actio pona, c. De serv. fugit. Roman. in consil. 92. Indubitatissima, n. 2. & Jaf. in l. Quicumque, n. 3. c. Qui admittit, & propterea intelligendum, alio quovis simili nomine, non de Cathedralitico, quod prorsus diversum est à visitatione. Generalitas enim ultimorum verborum coarctari, & limitari debet à specie præcedenti, nec ultra eam evagari. Oldrad. consil. 8. Quidam paterfamilias, n. 1.

Quinto validum est argumentum de pacto ad legem, l. Non impossibile, ubi Doctores, ff. De pactis. Sed in generali remissione, seu donatione, quam alicui faceret Episcopus, non comprehenditur Cathedraliticum, d. c. Pastoralis de donat. Franc. post Joan. Andr. in c. 1. de praben. lib. 6. super glos. in ver. Ontra, ergo nec in verbis d. c. 3. generalibus dicendum est esse comprehensum.

Nec obstat quod fuerit per Concilium excepta sola exactio, quæ fit ex legatis piis, & hic in ceteris casibus non exceptis regula stricta maneat, ad l. Nam quod liquide, §. fin. ff. De pan. leg. Nam respondetur exceptionem factam per dictionem taxativam, præter, non excludere alias similes exceptiones, l. Ob as, c. de præd. cum similibus, & in hanc sententiam S. Congregatio respondit, ut dixi in c. Venerabilis, n. 16. infra de censibus.

Typus, seu compendiosa descriptio Visitationis ecclesiasticæ.

Capita Visitationis.

Loca.
Res.
Munera.
Personæ.

Loca sunt

Ecclesia Cathedralis.
ecclesie Collegiatæ.
ecclesie Parochiales, vel Curatæ.
ecclesie simplices.
Oratoria.
Altaria.
Sacraia.
Chori.
Cemeteria.

Prosp. Fagn. in 2. part. primi Decret.

Monasteria.
Hospitalia.
Mons Pietatis.
Confraternitates.
Loca pia omnia.

Res sunt

Sacrofanctæ Eucharistie sacramentum.
Fons Baptismalis.
Fons Aquæ Benedictæ.
Crucis.
Calices.
Patena.
Vasa sacra.
Corporalia.
Purificatoria.
Mappa.
Sacerdotalia vestimenta.
Thuribula.
Lampades.
Candelabra.
Nablia, vel Organa.
Laquearia.
Nolæ.
Fores.
Claves.
Missalia.
Gradualia.
Antiphonaria.
Breviaria, &
Reliqui libri Rituales.
Scripturæ ad Ecclesias spectantes.
Privilegia.
Jura.
Regulæ.
Constitutiones.
Statuta.
Tituli.
Provisiones.
Reditus Ecclesiarum.
Proventus beneficiorum.
Elemosinæ.
Expensæ.
Beneficia de jure patronatus.
Dotationes.
Fundationes.
Fabricæ.
Obligaciones.
Servitia.

Munera sunt

Cellbrandi Missam.
Prædicandi verbum Dei.
Audiendi Confessiones Penitentium.
Publicandi excommunicationes.
Theologi.
Penitentiarum.
Magistri Chori.
Magistri Ceremoniarum.
Punctatoris.
Sacristæ.
Thesaurarii.
Archivarii, vel Conservatoris scriptura-
rum.
Procuratoris Capituli.
Capellanorum.
Magistri actorum.
Fiscalis, &
Custodis Carcerum.

Personæ sunt

S.

Vica.

Vicarius Episcopi cum sua Curia.
 Digni ares ecclesiasticae.
 Canonici.
 Presbyteri.
 Diaconi.
 Subdiaconi.
 Clerici quique suo ordine.
 Parochi, vel Curati.
 Monachi, ac Religiosi.
 Moniales.
 Confratres.
 Populus.
 Quoad Loca
 Urbana.
 Suburbana.
 Ruralia.
 Silvestria.
 Scrutanda sunt
 Penetrabilia.
 Species, vel forma.
 Situs.
 Dispositio.
 Ornatus.
 Siquid
 Non firmum.
 Non conclusum.
 Imperfectum.
 Indecorum.
 Immundum.
 Araneosum.
 Hians.
 Male tutum.
 Vexatum.
 Pollutum.
 Violatum.
 Quoad res scrutanda
 Neglectus.
 Indignitas.
 Deformitas.
 Pædor.
 Caries.
 Defædationes.
 Lacerationes.
 Distractiones.
 Consumptiones, Ac denique portentes,
 si que erunt, beneficiorum, ac rerum
 sacrarum
 Venditiones.
 Emptiones.
 Alienationes.
 Permutationes.
 Inrusiones.
 Usurpationes.
 Confidentia.
 Quoad munera exquirenda,
 Officia.
 Divina.
 Humana.
 Media.
 Utrum
 Vigent.
 Langueant.
 Colantur.
 Negligantur.
 Seruentur.
 Prætermittantur.
 Diligentes, & officiosi viri
 Qui.

Qua fide,
 Qua pietate,
 Qua prudentia,
 Qua diligentia,
 Qua religione.
 Officia
 Polliceantur,
 Deserant.
 Suscipiant.
 Præsent.
 Perseverant,
 Inofficiosi autem, & indulgentes, qui officia
 Recusent,
 Fugiant,
 Intermittant,
 Deserant;
 Ut illi pro meritis laudentur,
 Hi corripiantur.
 Quoad personas exquirendum
 De Vicario, an sit
 Virtute potens,
 Corripit inquietos,
 Consoletur pusillanimes,
 Unicuique reddat jus,
 An alicui inferat injuriam.
 De Dignitatibus, & Canonicis
 An in promovendis Clericis ad factos
 ordines juverint aliquem favore,
 Pretio,
 Prece.
 An assistant Episcopo, illique, ut par est
 obediant.
 An inter se ordinem, pacem, & charita-
 tem fervent.
 An in dicendis sententiis pro rebus pu-
 blicis in Capitulo à veritate, & justi-
 tia declinent.
 An Canonicè, & secundum regulam vi-
 vant.
 Et generaliter de Sacerdotibus omnibus, an ha-
 beant
 Doctrinam sanam,
 Probatos mores,
 Verba pudica,
 Testimonium bonum ab iis, qui foris
 sunt,
 An studeant Psalmidiz, & sacris lectio-
 nibus,
 An induantur viscera misericordiz, &
 pietatis.
 De Parochis
 An sæpe offerant Hostias pro delictis po-
 puli.
 An solliciti sint, ne quis sua ipsorum cul-
 pa de Ecclesia pereat.
 An sint sine crimine, & irreprehensibi-
 les,
 An dona Dei dent gratis, quæ gratis ac-
 ceperunt.
 De Diaconis, Subdiaconis universisque singu-
 lorum ordinum Clericis.
 An habeant litteras suarum ordinatio-
 num,
 An sint devoti, idque
 Domi, &
 Foris,
 An assidui sint in divinis Officiis,
 An reverentur Sacerdotes, & omnes
 Dig-

Dignitates,
 An sint benevoli,
 Officiosi,
 Faciles,
 Bene sentientes,
 Honore invicem prævenientes)
 Sive potius,
 Duri,
 Rigidi,
 Indociles,
 Inhospitales,
 Inofficiosi,
 Inurbani,
 Inhumani.
 Monachi, & Religiosi, tametsi Apostolicis pri-
 vilegiis ab Episcopi jurisdictione sint ex-
 empti, poterunt tamen qua par est chari-
 tate in Domino admoneri ut sint,
 Pauperes spiritu, & non elati,
 Mites animo, & mansueti, non iracundi,
 Diligentes, sed non curiosi,
 Religiosi, sed non superstitiosi,
 Pacifici pro suis, & nullo pacto contentio-
 si, ita ut populus boni expers exem-
 plum accipiat, & propter eorum lau-
 dem glorificetur, non blasphemetur
 nomen Dei.
 De Sanctimonialibus,
 Ut sint simplices corde, ore, & opere,
 Ut nihil sit in eis fictum, vel factum,
 Ut orationibus vacent,
 Ut colloquia exterorum vitent,
 Ut virginitatem, & humilitatem perpé-
 tuo colant,
 Ut in communi vivant,
 De Confratribus,
 An sit inter eos lis, & contentio,
 An conventicula faciant, & dissidia ex-
 citent adversus Religiones, & Presby-
 teros,
 An vacent comestationibus,
 An Parochis obediant,
 An constitutiones Canonicas habeant, &
 Illas observent,
 De populo,
 Gubernator admonendus
 Ut non accipiat munera,
 Ut defendat viduas,
 Ut introeat ad eum clamor pauperum,
 Ut non inferat falcem in messem alie-
 nam,
 Ut discernat inter sanctum, & propheta-
 num.
 Senes & juvenes ut sint,
 Illi sobrii,
 Pudici, & tam animo, quam capiti cani,
 Hi dociles & obedientes, ac nullis par-
 centes laboribus,
 Viri,
 Ut quisque possideat vas suum in sancti-
 ficatione, & honore.
 Uxores,
 Ut timeant, ac diligant viros suos.
 Patres & filios,
 Ut hi obediant parentibus,
 Illi sua ipsorum bona non prodigè
 fundant, & filios non provocent ad
 iracundiam.
 Prosp. Fagn. in 2. part. primi Decretal.

Domini,
 Ut remittant servis minas, & onera,
 Et illos mercede sua nulla ratione de-
 fraudent.
 Servi,
 Ut dominis non solum bonis, & mode-
 stis, sed etiam dycolis in omni timo-
 re subditi sint.
 Divites, & pauperes,
 Ut illi faciant sibi amicos de Mammona
 iniquitatis,
 Hi confidant repositum sibi esse thesau-
 rum in cælis.
 Vidua,
 Ut dum desolatas se putant, non contri-
 stentur, sed delectentur in Domino.
 Doli,
 Ut oment in omnibus doctrinam suam
 exemplo inculpatæ vitæ.
 Idiota
 Ut amplectantur supereminentem
 Scientiæ charitatem,
 Denique omnes Christi fideles,
 Ut potestatem ecclesiæ, ac Sedis Aposto-
 licæ
 In primis reverentur,
 Timeant gladium excommunicationis,
 excommunicatos vitent,
 Ablata restituant,
 Se morituros credant, ac sæpe recogitent,
 Abstineant à fœnore, & usuris.
 Sacerdotibus, & Religiosis obedientiam
 ac reverentiam præsentent,
 Verbum Dei libenter audiant,
 Missas frequentent,
 Dies festos custodiant,
 Decimas ritè solvant,
 Pœnis sibi in foro penitentiz sibi injun-
 ctis diligenter cum fiducia remissionis
 peccatorum suorum quoad possunt
 satisfaciant,
 Tandem ut
 Deum timeant, &
 Mandata ejus observent, sicque
 Unanimis in fide,
 Fraternitatis amatores,
 Misericordes,
 Modesti,
 Humiles,
 Non reddentes alicui malum pro malo,
 neque maledictum pro maledicto,
 Alter alterius onera portantes, ut adim-
 pleant legem Christi,
 Quibus habetur, perficitur, absolutus
 materia, forma, finis visitationis.



DE OFFICIO ORDINARI.

Cap. Iuxta.

S V M A R I V M.

- 1 **V**isitans Episcopus Monasterium non introducat seculares, sed duos, vel tres Canonicos suos cum aliquo Religioso.
- 2 **V**isitare potest Episcopus de iure communi Monasteria Regularium, sicut Ecclesias seculares.
- 3 **D**issolutionis materia generatur ex introductione Clericorum secularium intra claustra Monasterij.
- 4 **I**n visitatione an Episcopus possit secum ducere Clericos seculares.
- 5 **I**n visitatione laici non sunt admittendi.
- 6 **N**ec advocati.
- 7 **V**isitor inquirat de his, quae secreto denunciantur.
- 8 **E**xceptio, qua non est de regula, est de foris.
- 9 **D**eclarat regulam de materia exceptionis esse intelligendam.
- 10 **I**n visitatione Capituli Cathedralis precipue Regularis Episcopus potest secum habere tres Clericos, quorum unus sit Religiosus, item Notarium, qui sit clericus, & n. 33.
- 11 **A**rchiepiscopus in visitatione potest usi operarium Canonicorum Ecclesia suae.
- 12 **E**t quid in Episcopo, & n. 25.
- 13 **V**isitor potest maiorem numerum personarum adhibere dum ad locum visitationis accedit, quam in actu ipsius visitationis.
- 14 **I**n visitatione potest Episcopus secum ducere aliquos Religiosos, si ita expedire iudicaverit.
- 15 **I**n visitatione Monialium servari debet Clem. Attendentes, de stat. monach., in visitatione Capituli Cathedralis extravag. Debent, de officio Ordinar., in aliis visitationibus hoc c. Ut iuxta & 33.
- 16 **V**isitatores Monasterij Monialium quot, & quales personas possint secum introducere.
- 17 **D**ifferentia sex quo ad numerum, & qualitatem personarum, quas Episcopus potest secum ducere in visitatione Monialium, & alii visitationum.
- 18 **N**otarii duo adhiberi possunt in visitatione sanctorum Monialium.
- 19 **E**t quid in aliis visitationibus.
- 20 **C**anonicus in visitatione adesse debet in habitu, cum quo intrant Chorum, cum cappa, & superpelliceo.
- 21 **E**cclēsia tam Cathedralis, quam inferior potest dici Ecclesia ipsius Episcopi.
- 22 **I**n visitatione Monasterij Monialium Episcopus potest secum ducere Clericos seculares.
- 23 **E**t quid de laico.
- 24 **E**t quid de Religioso, & n. 35.
- 25 **I**n visitatione Episcopus potest de Religiosis, & Clericis secularibus cor secum ducere, quot expedire iudicaverit.
- 26 **V**isitans Monasterium Monialium si introducat ultra octo personas a iure prescriptas an Moniales possint propria auctoritate omnes eiecere, an

- vero illas tantum, quae sunt ultra numerum.
- 27 **V**ile per inutile vitatur ratione inseparabilitatis.
- 28 **E**t inseparabilis intelligitur non respectu iuris, sed respectu facti.
- 29 **M**onasterij Monialium septa Praelatis hodie ingredi non licet, nisi in casibus necessariis, & cum parvo, seniore, & Religioso comitatu.
- 30 **V**isitatores, qui intra septa Monasterij Monialium introducunt ultra octo personas, incidunt in poenam Constitutionis Gregorij XIII.
- 31 **B**ulla Gregorij XIII. an restringat numerum personarum, quas Visitatores de iure possunt secum ducere intra claustra Monasterij Monialium.
- 32 **P**auci quot dicantur.
- 33 **A**rbitrium regulatur a iure.
- 34 **D**ecretum prohibens Regularibus accessum ad Monasteria Monialium an deroget Constitutioni Gregorij XIII.
- 35 **P**rovisio generalis non extenditur ad ea, de quibus specialiter est provisum.
- 36 **V**isitans Episcopus Capitulum suae Cathedralis vigore Concilij Trident. sess. 6. cap. 4. an teneatur sibi adungere aliquem ex Canonicis, & n. segg.
- 37 **D**ispositio loquens de solo Episcopo non excludit Capitulum ratione conjunctionis.
- 38 **Q**uod procedit in materia, quae communiter exprimitur.

VT JUXTA. Episcopus visitans Monasterium non introducat seculares, sed duos, vel tres Canonicos suos cum aliquo Religioso. Hoc dicitur Et duo facit. Primo praehibet motum prohibitionis. Secundo prohibet ibi, firmiter.

Nota primò ibi, in Monasterio vestro visitationis officium exercent. Episcopum habere sive visitandi Monasteria Regularia, sicut Ecclesias seculares. Abbas hic in 2. notab. hoc jus commune est, sed stantibus privilegiis, & Titid. Concilij decretis, an, & quibus casibus Monasteria Religiosorum subint visitationi Episcopi, plene notavi in cap. Grave, an. 9. infra cod.

Secundo nota ibi, per quos: ex introductione clericorum secularium intra monasterij claustra dissolutionis materia generari: nam de clericis secularibus intelligitur hæc littera secundum commune intellectum, ut dicam in sequenti notab. Et extratio, quia coherere, & conjungi non possunt quibus istud a sunt diversa cap. In nona, 16. quæst. 7. glo. 1. h. c. Hosien. n. 1. & Butr. in 2. notab. facti cap. 3. infra de regul. cap. Dadam. 18. quæst. 2. & cap. Quæ semel, 19. quæst. 3.

Tertio nota ibi, seculares: Episcopum in visitatione non debere secum ducere seculares, ut in text.

Sed in dubium vertitur an hæc littera intelligatur de laicis, an verò etiam de clericis secularibus. Glossa prima ponit duos intellectus. Unus est, ut hæc prohibitio referatur ad meros laicos, quos de facto secum ducebant Visitatores, & in hoc videntur refidere glo. & Butr. n. 6. cum eum ponant ultimo loco: laici enim in talibus non sunt admittendi, quia nobis oppido sunt infesti, cap. Laicos, & cap. Laici, 2. quæst. 7. & c. Clericus laicos, de immunit. Ecclesiar. lib. 6. Unde nec congruit in actu visitationis Advocatus

- 7 **T**os admittere, secundum Host. lib. n. 1. cum quo transiunt Jo. Andr. 7. Bellam. in gl. 1. Butr. n. 1. Card. in 1. q. 8. & Imol. n. 1. in fin. nam Visitator secundum eos inquit de his quae secreto denunciantur, ac proinde secreto sunt corrigenda, c. Si peccaverit, 2. q. 1. Et secundum hanc lectionem non esset inhibitum Episcopo Monasterium visitanti ministerio clericorum secularium. Alter intellectus est, ut hæc prohibitio referatur ad clericos seculares: nam de laicis non erat dubium. Et hanc lectionem sequitur Host. n. 3. licet n. 4. prohibitionem restringat ad Clericos in habitu seculari incidentes, quod hic non probatur. Eundem intellectum approbat Abb. sub n. 2. in glo. 1. & militi magis placet triplici consideratione. Prima est, quia ver. Seculares, hic ponitur ad differentiam Religiosorum; de quibus paulo infra fit mentio. Unde ad non meros laicos, sed ad clericos referendum videtur. Ad hoc cap. Duo sunt, 1. 2. quæst. 1. Secunda est, quia textus dicit (Nullus de cetero secularis.) Dicitio autem, nullus, cum sit universalis negativa, excludit seculares omnes sive laicos, sive clericos, cap. Nullus, cum ibi not. per Host. in princip. infra de for. compet. & ponderat Host. hic d. n. 3. Ultima consideratio est, quia exceptio, quæ in textu sublequitur ibi, Nisi duos, vel tres de Canonicis; ostendit prius dictum fuisse de clericis, non autem de laicis: alioquin exceptio illa non esset de regula, & esset de foris, l. Sed an utroq. s. 1. vers. Sed istam sententiam, ff. De negot. gesti. Paul. de Cast. cons. 79. incip. Pro pleniori, n. 3. lib. 1.
- 8 **E**xceptio ergo de Canonicis, qui clerici seculares sunt, declarat regulam de materia exceptionis esse intelligendam, & sic de clericis secularibus, ut notat Bald. cons. 401. Super facta, n. 2. vers. Secundo queritur, lib. 5. & ita sensus Decretalis est. Archiepiscopus in visitatione Monasterij, nullus clericos seculares secum ducat, exceptis duobus, vel tribus Canonicis. Non obstat extravag. Bonifac. VIII. quæ incipit Debent, de offic. Ordin. ubi caveatur, ut Episcopus visitans possit secum habere tres clericos, quorum unus sit Religiosus, & Notarium, qui sit clericus: quoniam ille textus loquitur in Episcopo visitante Capitulum suae Cathedralis, quæ in casu illo Regularis erat, ut hic notant Joan. Andr. n. 6. Butr. nam. 11. Cardin. n. 1. in 2. oppos. Anchar. in 3. notab. Abb. n. 3. vers. Et hodie vide, & Joan. de Anania cod. n. glo. in Clem. Attendentes, in ver. Contentos, de stat. Monachor. Inaliis verò visitationibus servabitur hoc cap. ut notat glo. in praeleg. extravag. in ver. Religiosa.
- 9 **Q**uarto nota ibi, Vel tres de Canonicis Archiepiscopus in visitatione possit usi opera trium Canonicorum Ecclesiae suae Cathedralis. Nec obstat iura c. De cetero, & c. Ad audientiam, infra de Clericis non resid. ubi caveatur de duobus tantum. Quoniam illa iura loquuntur in Episcopo, hic in Archiepiscopo, cui major numerus permittitur, facti cap. Cum Apostolus, infra de censib. Vel illa loquuntur de Canonicis, qui continentur cum Episcopo equitante; hic de comitantibus Episcopum in actu visitationis qui per paucos dies absint: ac proinde Ecclesia non gravatur, Et ita iura contraria: cum textu nostro
- 10 **P**rosp. Fagn. in 2. part. primi Decretal.

- conciat Host. lib. n. 4. in ver. Nisi duos, cui subscribitur Joan. Anc. eodem numer. Bellam. in 2. notab. Butr. n. 9. Cardin. n. 1. in 1. oppos. Imol. n. 3. & Abb. n. 2. vers. Oppos. contra text. quicquam meminit posterioris tantum solutionis.
- 11 **N**on obstat c. Cum Apostolus, infra de censib. Quoniam ille text. loquitur de numero, quem Archiepiscopus vel Episcopus secum ducit, dum accedit ad locum visitandum, qui potest esse major, ut ibi dicitur: hic vero loquitur de numero eorum, qui a Visitatore in Capitulum seu intra claustra introducuntur, & in ipsa inquisitione adhibentur, ut observat Petr. de Anchar. in Clement. Attendentes, numer. 5. de stat. Monachor.
- 12 **Q**uinto nota ibi, Religiosus ad iuratum: Episcopum in visitatione posse secum ducere aliquos Religiosos, si ita expedire iudicaverit.
- 13 **S**ed QUÆRITUR, an dispositio huius textus vendicat sibi locum in monasterij Monialium.
- 14 **G**lossa Bernardi Joan. Andr. & DD. summantextum videntur eum intelligere generaliter, cum loquantur de visitatione monasterij indefinitè, nec expriment an monachor an vero etiam Monialium. Sed contradicit littera, quæ se restringit ad Monachos ibi, in monasterio vestro: iuncta superscriptione.
- 15 **T**u dicas in visitatione sanctimonialium servandam non esse hanc decretalem, sed Clemens Attendentes, §. Ipsos autem Visitatores, de stat. Monachor. ut ibi notat glo. in ver. Contentos, Card. in 1. quæst. & Vital. n. 2. Et hic Joan. Andr. n. 6. Butr. n. 11. Cardin. n. 1. in 2. oppos. Anchar. in 3. notab. Imol. n. 4. & apertè Abb. num. 2. vers. Secundo queritur, dicens in monasterij viotrium servandum esse quod hic dicitur. In monasterijs verò Monialium servandum esse Clem. Attendentes: ubi statuitur, ut Visitatores monasteriorum Monialium contenti sint Notariis duobus, & personis duabus sive Ecclesiae, quatuorque viris aliis honestis, atque maturis. Ex quo contextu collige text. differentias quoad numerum, & qualitatem personarum, quos Episcopus secum ducit in visitatione monasterij Monialium, & in aliis visitationibus.
- 16 **P**rima differentia est, quia in visitatione Monialium Episcopus debet esse contentus duobus Notariis, ut in d. Clem. Attendentes & sic non pluribus, quia negativè sumitur, ut ibi notat glossa in ver. Duobus, Abb. n. 22. Cardin. & Vital. in §. Ipsos autem n. 1. quod non reperitur iure tantum in aliis visitationibus, quin imo contrarium innuitur hic, quia univ. salis negativa, nullus excludit etiam Notarios, sive laici, sive clerici, ut dixit supra in 3. notab. numer. 7. vers. Secunda est. Et solum in visitatione Capituli Cathedralis Ecclesiae praecipue regularis tantum legitur de uno tantum Notario, qui sit clericus, & in extravag. Bonifacii, Debent, de offic. Ordin. & dixi supra n. 10.
- 17 **S**ecunda differentia est, quia in aliis visitationibus Episcopus potest secum ducere duos, vel tres Canonicos, ut hic, & fuis dictum est supra in 4. notab. At in visitatione Monialium duas personas Ecclesiae suae, & sic non plures.

quia negativè sumitur, ut in d. Clem. Attendentes, ubi hoc notant glos. Cardin. & Imol. supra citati in 1. differentia.

20 Tercia differentia est, quia in visitatione aliorum locorum illi duo, vel tres debent esse Canonici Cathedralis Ecclesie, prout Doctores communiter intelligunt litteram textus nostri: & debent adesse decenti habitu, in quo scilicet intrant in chorum cum cappa, & superpellicio, arg. c. Clerici officia, vers. Cappa, infra de vita, & honestate Cleric. & hic notant Holt. numer. 4. in ver. In decentia. Joan. Andr. in fin. Bellam. idem in fin. Butr. numer. 3. & Anchar. in 4. not. ab. In visitatione vero monasterii mulierum satis est ut Episcopus adhibeat personas duas Ecclesie sue, ut in d. Clem. Attendentes, & sic non requiruntur sine Canonici, sed satis est ut sint alias Præbendati, & imo glos. ibi in ver. Sua Ecclesia, intelligit illam litteram tam de Cathedrali, quam de inferiori Ecclesia sue diocesis, & quamvis Vitalinus contradicat, n. 3. tamen cum glos. tenent ibi Paulus, & Joan. de Imola, n. 2. 5. in fin. & Abb. n. 23. qui ex illa glossa singulariter notat tam Ecclesiam Cathedralis, quam inferioris sui Diocesis posse dici Ecclesiam ipsius Episcopi.

21 Quarta differentia est, quia ab aliis visitationibus excluduntur non tantum laici, sed etiam Clerici seculares, ut hic in text. & dixi supra in 3. not. à visitatione vero monasterii mulierum Clerici seculares non excluduntur: & in hoc conveniunt omnes. Sed de laicis sunt opiniones, quia Concilium Viennense in d. Clem. loquitur simpliciter de aliis quatuor viris honestis, & maturis, & glossa ibi ver. Viri alijs, dicit non distingui a sine clericis, vel laici, & idem Paul. & Joan. de Imola. n. 26. sed Cardin. ibi, in 5. ipsos, n. 4. dicit videri absonum, ut si visitetur monasterium virorum, non possint dici seculares, & ad monasterium Monialium sic ideoque melius esse intelligere illam Clem. Secundum hanc Decret. quia unum jus per aliud suppletur, c. Cum expediat, de elec. lib. 6. & sequitur Vitalin. ibi n. 4. Hanc tamen controversiam sustulit sacra Congregatio Episcoporum, & Reg. qua prohibuit laicos ullo modo intervenire visitationi monasteriorum Monialium, ut in Tarvisina 20. Novembrii 1601. quæ habetur in originali registro fol. 10. etiam si essent officiales, seu sanctissimi ejusdem monasterii, ut in Genue. 16. Januarii 1607. in registro fol. 2. & 3. & in Lucana 22. Januarii 1616. fol. 15.

22 Quinta differentia est, quia episcopus cum visitat alia loca, potest sibi adungere aliquot Religiosos, ut hic: sed cum visitat monasterium puellarum in præalleg. Clem. Attendentes, nulla fit mentio de Religiosis. Unde restat dubium, an saltem post prohibitiones Apostolicas super accessu, & ingressu Regularium ad monasteria monialium, possit Episcopus secum introducere Religiosos. Pro cuius solutione vide quod dicam infra n. 35.

23 Sexta & ultima differentia est, quia in aliis visitationibus taxatur quidem numerus duorum, vel trium Canonicoꝝ; & idque ob eam rationem, ne si Episcopus plures, aut omnes Canonicos secum duceret, ecclesia remaneret debito servitio destituta, sed aliarum personarum nu-

merus non determinatur. Unde visitator de Religiosis, & clericis secularibus idoneis, & in decenti habitu poterit secum ducere quotquot expedire judicaverit, ut hic in littera, & notat Holtien. n. 5. vers. De his, et ego Joan. Andr. n. 5. Bellam. in 3. not. Butr. n. 9. Card. in 4. quæst. & Anchar. in 3. not. At vero in visitatione Monialium taxatur numerus octo personarum, quas visitator potest secum ducere, ut in præcitata Clem. Attendentes. Unde si introducat plures, quærit ibi Paulus de Leazar post Vincentium, quem citat, utrum moniales possint omnes egerere propria autoritate an verò illos tantum, qui sunt ultra numerum concessum. Arguit in utramque partem, & ad extremum concludit sub distinctione, videlicet aut Visitator ex pluribus, quos secum duxit ultra, vel intra numerum, non elegit quos velit secum esse: & tunc ejici possunt omnes: imò & ipsemet Prælatum, c. Ad quarundam, infra de excess. Prælatorum, c. cognovimus, 10. qu. 3. l. 1. §. Trebatium, ff. De aqua quorid. & assu. ubi dicitur, cum amplior numerus pecoris ad aquam appelleretur, quam deberet appellari, posse universum pecus impune prohiberi. Et est ratio, quia ratione inseparabilitatis utile per inutile vitatur ut notatur in reg. Vile, de regul. jur. lib. 2. c. 6. Hanc autem inseparabilitatem intelligit non respectu juris, sed respectu facti. Vel quia Prælatum non vult visitare, nisi omnes interint: alius enim homo ab homine separabilis est, sicut animalia, ut in d. §. Trebatium. Vel propter impotentiam separationis provenientem ab ignorantia, quia nescitur quos Episcopus esse velit intra, vel ultra numerum; & sic nil est ibi utile propter animum excedentem Prælati Aut Visitator separat existentes intra numerum ab alijs, qui supersunt: & tunc admitti debent illi tantum, quos de numero elegit. Ita Paulus, quem ibi sequuntur Petr. de Anchar. numer. 5. & Cardin. in 5. ipsos, num. 4. in 2. & 3. quæ.

24 Hodie ex declaratione Greg. XIII. super dubiis Constitutionis 28. incip. Vni gratia. Prælati omnes tam seculares, quam regulares, quibus cura, & regimen monasteriorum Monialium incumbit ita demum uti possunt facultate ingrediendi illorum septa sibi ex officio attributa: & sic etiam ex causa visitationis si id faciant in casibus necessarijs, & à paucis, iisque seniores, ac religiosis personis comitati, & contrafacientes, si Pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice ingressu Ecclesie interdicti: pro secunda à munere Pontificali, & à divinis suspensione deinceps excommunicati; & Regulares vero omni officio, & ministerio privati, & excommunicati decernuntur, ut in Bullar. tom. 2. pag. 393.

25 Pondera primò, nam in declaratoria non determinatur numerus personarum, quas Prælati possunt secum ducere intra septa monasterii Monialium, determinatur tamen in præcitata Clem. Attendentes de stat. Monachorum, à qua constitutio Gregorij recipit interpretationem passivam, juxta text. in l. 2. c. De nupt. Unde si visitatores introducerent plures quam octo, ibi præfinitas, utique penas constitutionis non evaderent, & hoc planum. Sed ambigui juris est, an eadem Constitutio restringat numerum per-

sonarum concessum in d. Clem. Et ratio dubitandi oritur ex illis verbis: à paucis comitati, quæ videntur eundem numerum restrinxisse. Nam pauci quandoque dicuntur duo, ut l. 1. ff. præscript. verb. Quandoque tres, l. Scindum, ff. De verb. significat. quandoque quatuor, l. 1. ff. Quod est jusque universitati nomine, & si verba illa, à paucis comitati, intelligerentur, de quatuor, declaratoria Gregorij, esset conformis extravag. Debent, de offic. Ordinarij, in qua taxatur numerus quatuor personarum in visitatione Capituli Cathedralis, præcipue Regularis, ut dixi supra numero 10. In contrarium facit, quia dictio, pauci, majorem etiam habet latitudinem, prout patitur sub eadem materia, ut scripsi in cap. 1. in 1. notab. infra de Cleric. vel Monach. Quare interdum pauci dicuntur quatuordecim, ut ibi; Interdum quadraginta, cap. 1. Atores, de Cleric. excommunic. minor. Interdum viginti tria millia, cap. Disceptata, 4. diffinit. & in specie pauci dicuntur octo, ut notat Bart. in leg. Scire etiam oportet, nu. 1. ff. De excess. Tutor. & sic intelligendo verba illa, à paucis comitati, declaratoria Gregorij esset conformis prædictæ Clement. Attendentes, de stat. Monachorum. Et hoc credo verius: nam cum significatio illius verbi, pauci, in jure sit varia, arbitrio judicantis relinquitur, ut notat glos. in c. Capientes, §. Ceterum, in ver. Contradicentium paucitas, de elec. lib. 6. & in cap. Statutum, §. Insuper, in ver. Pauci, de rescript. eodem lib. Arbitrium verò ad juris correctionem non extenditur, cum potius debeat à jure regulari, ut notat Bart. in extravag. Ad premissendum, in ver. Videbitur, num. 8. Casar. de Crim. dec. 7. num. 7. & decis. 8. num. 2. & 4. de sentent. & rejudic. Rota decis. 263. num. 1. par. 7. recent.

26 Pondera secundò, quia Gregorius in præallegata Constitutione declarat Prælatos non aliter posse ingredi septa monasterii Monialium, quam comitati à Religiosis personis: atque ita Episcopi in visitatione Clausuræ non solum possunt; sed etiam debent secum introducere aliquot regulares ad præscriptum hujus Decretalis. Et quamvis decretum prohibens Regularibus accessum ad monasteria Monialium sit posterius Constitutione Gregorij, ut apud Stroph. Quaranta in Summa Bullar. in ver. Monasteria Monialium, fol. 348. non tamen videtur eidem Constitutioni derogasse; tum quia provisio generalis non refertur ad ea, de quibus specialiter est provisum, cap. Studuisti, supra de offic. legat. Lapalleg. 28. nu. 5. Angel. conf. 214. Primò est videndum, num. 2. Tum quia ob Episcopi presentiam in actu visitationis cessant rationes prohibitionis accessus considerate, in c. Diffinitivo, 18. quæst. 2. Quod nota ad declarationem eorum, quæ dixi supra, num. 24: & circa penas, in quas incidunt Prælati ingredienti septa monasterii Monialium, non servata forma Constitutionis Gregorij, vide quod scripsi in c. Super, in ult. quæ. infra de sentent. excom.

27 Secundò QUÆRI TUR: An Episcopus visitans Capitulum ecclesie sue Cathedralis vigore Concilij Tridentini cap. 4. sess. 6. teneatur sibi adungere aliquot Canonicos ad præscriptum hujus Decretalis, non obstantibus illis verbis d. c. 4. Per scriptos solos, vel illis, quibus sibi videbitur adiunctis.

Ad propositum diabum Rota dixit, Episcopum de jure communi teneri sibi adungere in visitatione aliquem ex suis Canonicis, per text. in hoc cap. Et juxta, cum hic notatis per Doctores. Unde idem dicendum hoc casu intendendo decretum Concilij juxta terminos juris communis, quos videtur respexisse in illis verbis, quibus sibi videbitur adiunctis, juxta canonicas sanctiones. Nec obstat illa verba, per scriptos solos, quia non excludunt Capitulares propriet conjunctionem quam habent cum Episcopo; c. Novit, de his, qui sunt à Præl. & alternativa, vel illi, quibus sibi videbitur, quali declaratur per subsequencia juxta canonicas sanctiones, ut intelligi debeant de extraneis.

Sed his non obstantibus, contrarium ex sententia Sac. Congregationis Concilij probavit Greg. XIII. videlicet Episcopum posse per Concilium d. cap. 4. visitare suum Capitulum per se ipsum solum nullis sibi Capitularibus adiunctis quidquid secundum antiquos Canones dicendum fuerit: imò posse allumere aliquos extra Capitulum omnia suis Capitularibus: tum quia hoc expressè permittunt illa verba, per scriptos solos, excludentia etiam illos de Capitulo, ut in Extravag. Debent, de offic. Ordinarij. Unde videtur desumpta: tum quia aliàs cessaret arbitrium Episcopo tributum, ibi: Vel illi, quibus sibi videbitur. Et quamvis interdum dispositio loquens de solo Episcopo non excludat Capitulum ratione conjunctionis; hoc tamen dicendum procedere in materia, quæ communiter explicatur: Capitulum verò seipsum visitare cum Episcopo, novum est.

Quod si dicas, aliud esse Episcopum visitare Capitulum cum Capitulo; aliud cum aliquibus de Capitulo: jam cessabit ratio conjunctionis tum toto Capitulo, non cum singulis, c. Et juxta, loquitur de visitatione alterius Ecclesie, quam Cathedralis, prout declarat glos. in d. extravag. Debent, in ver. Religiosi, ubi dicit secum esse in visitatione Cathedralis, quam idem visitare facilius potest, quia præsumitur habere notitiam personarum; & si velit aliquos sibi adungere, convenientius eliget extraneos, quam Capitulares, ne se committat suspensis, prout considerat ibi Bonifacius VIII. Et quatenus secundum antiquos Canones debuisset Episcopus allumere adiunctos ex Capitulo, Concilium intendens removere omnia impedimenta visitationum, liberavit Episcopos hac necessitate. Nec faciunt negotium illa verba relativa juxta Canonicas sanctiones, quia potius determinant subsequencia, ut sit sensus: Episcopus visitare posse, & corrigere juxta Canonicas sanctiones, quoties opus fuerit per scriptos solos, vel etiam, &c. prout eadem verba habentur in c. 4. sess. 14. ubi determinant ipsam visitationem, & correctionem; & in c. 10. sess. 24. & alibi. Quod autem non possint commodè referri ad præcedentia de adiunctis, ostenditur, quia non reperiuntur Canonici, in quibus statuitur Episcopum in visitatione sui Capituli debere adhibere Canonicos, præter eos, qui sibi videbuntur; & quatenus adessent, non erat necesse ad eos se referre, si Concilium dilectis verbis aliud expressisset, arg. l. Doli clausula, ff. De verbis, obligat. Itaque S. Congregatio censuit Episcopum in visitatione Capituli sue ecclesie Cathedralis non teneri

81 4 sili-

aliumque aliquos ex gremio Capituli, sed posse vel per seipsum solum visitare, vel alios, quos voluerit extra Capitulum, adiunctis.

DE OFFICIO ORDINARI

Cap. Dilectus.

S V M M A R I V M.

- 1 **L**ex diocesana, & lex jurisdictionis sunt diversae, & res iudicatae in una non obstat agentis in alia.
- 2 Episcopus habet duplicem legem in ecclesijs sibi subiectis, id est, legem jurisdictionis, & legem diocesanam, in quibus consistit totum jus & potestas Episcoporum.
- 3 Leges diocesanae, & leges jurisdictionis qua dicuntur.
- 4 Jurisdictio Episcopalis tota reducitur ad ea, quae sunt ordinis, jurisdictionis, & simplicis potestatis, seu dignitatis.
- 5 Privilegium concessum abbati, ut possit omnia liberè sicut verus Episcopus, & Ordinarius tam in his, quae sunt jurisdictionis, quam in alijs quibuscumque ad forum ecclesiasticum pertinetibus, non extenditur ad ea, quae sunt ordinis Episcoporum.
- 6 Penas pecuniarias ex jurisdictione spirituali provenientes an iudex ecclesiasticus possit applicare saltem stante consuetudine, & num. seqq. & num. 20. & 22.
- 7 Iudex ecclesiasticus potest levare sportulas.
- 8 Ulixbonen. Archiepiscopus an possit applicare Officiali Merito penas pecuniarias ex Constitutione Synodali impositas exponentibus res venales tempore praedicationis, & num. seq. usque in finem.
- 9 Pena pecuniaria ex decreto Concilij Tridentini, in quibus casibus sint ipsi loci sint applicanda, & num. 18.
- 10 Penas pecuniarias a statuto impositas potest iudex ecclesiasticus sibi retinere, sed impositas per sententiam debet in piam causam expendere ex honestate. Cautarium. num. 12. & 19.
- 11 Episcopi habent solum, & ex consuetudine solent penas pecuniarias sua Camera applicare. Declaratur. num. 13.
- 12 Prelati penas pecuniarias sibi imbutantes vehementer presumuntur id facere non ad correctionem, sed ad questum.
- 13 Pena de jure Civili quibus sint applicanda.
- 14 Penas pecuniarias a jure, vel Constitutionibus praesentis Episcopi sibi potest applicare, si vere, & evidenter egerit. & num. 17.
- 15 Eleemosynam alterius nomine facere obligatus potest eam facere sibi ipsi si sit in necessitate constitutus, vel sui consanguineus sint pauperes.
- 16 Pena pecuniaria, quae ex arbitrio imponitur, pñ tantum usibus sunt applicanda.
- 17 Beneficij Apostolica praesumptio ex observantia quadraginta annorum non intrat nisi data scientia speciosa, & licentia Papa.
- 18 Pena violentiam dies septis pro tertia parte debent.

int. accusatori, & pro quarta executoribus ex Bulla Pp V

DILECTUS. Lex diocesana, & lex jurisdictionis sunt diversae; unde res iudicata in una, non obstat agentis in alia. Hoc dicit, secundum Joan. Andr. & omnes, & sunt duae partes. In prima ponitur partis conquestio. In secunda Papae provisio, ibi, *Cum ergo.*

Nota primò ex textu, Episcopus habere duplicem legem in ecclesijs sibi subiectis, videlicet legem jurisdictionis, & legem diocesanam, in quibus consistit totum jus, & potestas Episcoporum. Ad dignoscendum autem quae sint de lege jurisdictionis, vel de lege diocesana, glossa magna videtur constituisse duas regulas. Prima est, quòd ea, quae consistunt in dando, vel conferendo, seu ut inquit Hostien. in actione, ad legem jurisdictionis pertinent; & in hac specie communerantur dacio curae animarum, secundum gloss. Item omnis institutio, delictio, confirmatio, & investitura secundum Innoc. & Jo. Andr. nu. 10. Item delictio non coercitio, secundum gloss. Item causas audire, & omnia, quae circa iudicium aguntur, expedire, visitare, corrigere, excommunicare, suspendere, interdicere, iustitia facere, inquirere tam de vita Clericorum, quam de officijs, & statu ecclesiarum, secundum Innocentium, & Joannem Andr. ubi supra. Item Sacramentorum omnium collatio, & dicit Innocent. in ver. *Diocesanum*, mirabile videri quòd de lege jurisdictionis dicatur collatio Sacramentorum: probat tamen in cap. *Interdictum*, 16. *quasi*, 1. quòd ad id arctat Monachos; qui non tenentur nisi ad ea, quae sunt de lege jurisdictionis ut hic. Secunda regula est, quòd ea, quae consistunt in recipiendo, seu in pñ. sione dulci, ut inquit Hostien. spectant ad legem diocesanam, sicut est recipere Synodaticum, quartam decimatum, & mortuariorum, & si qua possunt similia reperiri. Similem gloss. habes in *Summ.*, 10. *quasi*, 1. & haec theoria glossae placet Baldo in l. *Si quis ad decimandum*, §. *In omnibus*, num. 3. C. *De Episcopo, & Clerici*, dicenti opinionem glossae non esse totaliter ab interpretatione nominis alienam. Placere etiam Mariano Socino in tract. de visitatione Episcopi, lib. 1. col. 1. & ibi 11. col. 34. *vers.* *Quid de Capella*, & Præposito in cap. 1. col. 1. 10. *quasi*, 1. ubi ait, legendo hoc cap. *Dilectus*, se semper eam tenuisse; led aliam regulam dat Cardin. hic in 1. *quasi*, nam secundum eum cum in hoc non possit dari certa doctrina; idè quod dicit aliqua esse de lege jurisdictionis, ita ut non sint de lege diocesana, vel e converso, debet hoc probare inducendo jura dicentia tale quid esse de lege diocesana, vel de lege jurisdictionis; & nihil probet, succumbet; nam sola illa dicuntur de lege diocesana, & non jurisdictionis, vel e converso, de quibus invenitur sic jure expressum, alias non dicuntur de lege diocesana, distincta à lege jurisdictionis, nec e converso, sed dicuntur de jure Episcopi. Verùm Innoc. in c. 1. *de statu Monach.* prosequendo ea, quae spectant ad utramque legem, num. 2. Similiter dicit in hac materia dari non posse propriam, generalem, & invariabilem doctrinam, quia in

Juribus antiquis non reperitur haec distinctio, quòd aliqua sint de lege diocesana, & aliqua de lege jurisdictionis, sed solum in hac decretali nova, quae tamen plenè non declarat, sed tantum facit mentionem de his, quae in textu continentur. Unde concludit unicam esse legem Episcopi, scilicet diocesanam, sub qua comprehenditur lex jurisdictionis. Ideoque solum in expressis jure possumus facere istam diversitatem inter has leges: sed quia jure cautum est, ut monasteria non subint Episcopo quoad legem diocesanam, ut in cap. 1. 10. *quasi*, 1. possumus dicere secundum eum ad legem diocesanam pertinere illa, à quibus monasteria de jure exempta reperiuntur, reliqua verò spectabunt ad legem jurisdictionis, & hanc doctrinam Innocentij sequuntur hic Hostien. num. 6. Joan. Andr. num. 15. Anchar. num. 2. in 2. *quasi*. Imol. num. 6. *post med. vers.* Item etiam, Abb. num. 4. dicens eam meliorem esse, ac communio rem, quam theoricam glossae, prout etiam dicitur Petrus de Ravenna in *compendio*, cap. 1. *de offic. Ordinarij*, col. 26. & Henric. Bottzus de *Synodo Episcop.*, part. 1. num. 61. *vers.* *Quid tenendum*: nam regulae glossae nullo modo probantur; nullibi enim caveatur, ut ea, quae consistunt in recipiendo, sint de lege diocesana; & ea, quae consistunt in dando, seu conferendo, sint de lege jurisdictionis. Imò haec regula aperte reprobari videtur tum exemplo procuracionis, quae consistit in recipiendo, & tamen monasteria non sunt exempta à procuracione debita ratione visitationis, ut in cap. *Sepite*, & in c. *Venerabilis*, infra de *consensu*. Tum exemplo quartae mortuariorum, quae similiter in recipiendo consistit, & nihilominus monasteria ad illam tenentur, c. *Requisisti*, infra de *testamen.* Contra vero Synodus non consistit in recipiendo; quinimò Episcopus ibi praestit, & exerceat jurisdictionem, & punit contentiones accedere; & tamen secundum gloss. est de lege diocesana.

Tu verò ad praedicta vide Anton. de Butr. in suo celebri *consil.*, 19. quòd incipit: *In nomine Patris*, &c. quia hic agitur num. 1. ubi redarguit istum modum loquendi de lege Diocesana, & Jurisdictionis dicens eam non esse doctrinalem, quia episcopalis jurisdictionis in universum reduci potest ad tria membra. Quaedam enim sunt Episcopo competentia ratione ordinis, quaedam ratione jurisdictionis, & quaedam sunt simplicis potestatis, seu dignitatis; & singula membra luculenter prosequitur concludens principaliter privilegium concessum Abbati, ut possit omnia liberè sicut verus Episcopus & Ordinarius, tam in ijs, quae sunt jurisdictionis, quam in alijs quibuscumque ad forum ecclesiasticum spectantibus, non extendi ad ea, quae sunt ordinis episcopalis; & nota perspetuò illud consilium, quia fuit sapius approbatum in supremis Urbis Tribunalibus, & ejus meminit Felin. post Gemin. hic num. 8. & Henric. Bottzus d. nu. 61. *vers.* Felin. *autem*.

Secundò nota tibi, Tertia pars emendarum; Judicem ecclesiasticum posse sibi applicare penas pecuniarias provenientes ex spirituali jurisdictione, saltem stante consuetudine: nam et si iudex ordinarius adtingatur ad gratis reddendum officium, arg. cap. *Inter cetera*, supra eodem,

tamen super hoc potest habere consuetudinem certam, & moderatam, quae ut potest, arg. c. *Ad Apostolicam*, §. *in infra de Simon.* Secundum Hostien. hic num. 3. in *verb.* *Ac emenda*. Item potest levare sportulas, secundum ea, quae notantur per eundem Hostien. in c. *Am ab omni specie*, num. 2. & 8. *infra de vita, & honestate cleric.* Quidam tamen intelligunt hanc Decretalem, & cap. *Ref. vense*, de delictis puerorum in casu, in quo adest statutum, ut hi quo tale quid commiserit tantum solvatur; tunc enim potest levare, & sibi retinere, ut per Hostien. in *Summa hoc rit.* §. *quid pertinet*, sub num. 4. circa *med. vers.* *Non tamen debet*, sed hoc latius examinabitur in quaestione, seq.

Ex factò quaesitum est, an Archiepiscopus Ulixbonensis possit Officiali suo Merino applicare penas pecuniarias, quae ex constitutione Synodali imponuntur eis, qui diebus festis tempore praedicationis res venales exponunt.

Haec quaestio videtur solvenda ex dispositione juris communis: nam decreta Tridentini Concilij, quibus statuitur, ut poene applicentur locis pijs, non videntur ad hunc casum pertinere: nam c. 1. *sess.* 23. loquitur de penis non reddentium, c. 3. *sess.* 25. de multis, quae ob contumaciam irrogantur, cap. 14. *ejusdem session.* de penis in concubinarijs, in praesenti autem casu agitur de pena ex constitutione Synodali, infligenda ijs, qui praedicationis tempore res venales

exponunt. De jure communi vero Hostien. in *Summ. de offic. Ordinarij*, dicit §. *Quod pertinet*, sub num. 4. circa *medium vers.* *Non tamen debet*, aliter penas pecuniarias in casibus permixtis à statuto impositas posse sibi iudicem ecclesiasticum retinere, ac in proprios usus convertere: sed penas, quas ipse per sententiam ex officio infligit, posse quidem sibi applicare, sed si velit evadere cupiditatis suspensionem, debere illas in piam causam expendere. Atque ita sentit Hostien. utroque casu posse iudicem ecclesiasticum convertere hujusmodi penas in proprios usus, sed de honestate non esse ita, quando ex suo officio exponuntur, & hanc sententiam Hostien. sequuntur Joan. Andr. in c. *Licet*, sub num. 50. *vers.* *Et consultus Hostien.* & ibi etiam Henric. Boich. in *infra vers.* *Consultus tamen*. Anton. de Butr. etiam in *infra vers.* *Ultimus*, Anchar. num. 2. *vers.* *Et hic dicit*, & Abbas sub num. 9. *vers.* *Sed quare quid fiet de ista pena*, infra de *penis*, & idem Hostien. & Joan. Andr. in cap. *Pro humana*, de homicid. lib. 6. Henricus Bottzus de *Synod. Episcop.*, part. 3. *artic. 1.*, num. 129. & seq. Abbas in cap. *Quia plerique*, in 3. *notabili*, per illum textum de *immunit. Eccles.* Gemin. in cap. *Quoniam col. fin.* ubi etiam Praepos. sub num. 8. *vers.* *Vos Latini distinguite*, 18. *distin.* Henric. Boich. in cap. *Veresque ibi*, col. 2. *vers.* *Superiores provideant*, & Felin. *ibid.* in s. *Ceterum*, num. 8. & 9. *supra eod.*

Prelati enim ex veriori opinione atque usu ubique comprobata habent solum, & ex consuetudine penas pecuniarias suae Camera applicare consueverunt, ut attestatur Bald. in *Auch. Bona damnatorum*, num. 2. C. *De bon. praescript.* quem refert Joan. de Anan. in cap. *Excommunicamus*, in *princip.* num. 9. *de heret. Angel. de Malefic.* in *verb.* *Et ejus bona*, num. 30. Andr. *Barbatia consuet.* 2. nu. 1. 2. *lib.* 3. & alij apud Julium Clar.

Clavin praef. §. An qu. 20. vers. in hac autem materia.

12. Contra vero, id est de jure communi, penas esse indistincte applicandas locis pijs, scripserunt idem Hostiens. in cap. Irrefragabili, num. 2. r. vers. Caveat tamen, supra eodem, ubi dicit cavendum esse prelati ecclesiasticis, ut penas pecuniaras in pios usus convertant, nec sibi imburfent, quia tunc vehementer presumuntur id facere non ad correctionem, sed ad quantum. Gemin. in cap. Si Canonico, §. Licet autem in 4. notab. de offic. Ordin. lib. 6. Dec. in rubr. de iudicij in secunda lectura, num. 66. Covarr. lib. 2. var. resolut. c. 9. nu. 1. ubi ait esse quidem communem opinionem, ecclesiam, & prelatum diocesanum fisci habere non tamen id esse temere permitendum ad explendam avaritiam Episcoporum, sed ut ea, quae eorum fisco fuerunt delata, in usus pios erogentur.

Pro quibus videtur textus in cap. Presbyteri, de penis, ubi compositionem presbyteri interfecti jubet pontifex pro dimidia parte in ecclesiam utilitatem, pro altera in elemosynam erogari: atque ita ibi notat gloss. in verb. Viribus, & post alios Petr. de Anchar. in 3. not. Quod multo magis procedit hoc casu, in quo Archiepiscopus potest alia ratione providere officialibus suis, nempe ex redditibus admodum pinguis mensurae Archiepiscopalis, prout tenetur de jure, arg. cap. Cum ab omni, de vita, & honest. Cleric. & scripti latius in dict. c. Presbyteri, a num. 24. de penis.

14. Porro idem Anchar. in dict. c. Presbyteri, nu. 4. sic distinguit. Aut jus accusationem inducit, & pena fisco applicatur, aut inducit actionem, & applicatur parti. Aut simpliciter loquitur, & censetur actionem inducere, & sequitur Sylvest. in Summa in verb. pena, num. 26. Quae tamen distinctio procedit de jure civili, non autem de jure Canonico, ut declarat Dec. in rubr. de iudicij, d. 66. in 3. lectur.

17. Ceterum in hac opinione discrepantia admittunt omnes, posse episcopum, si verbis, & evidenter indigeat, in proprias necessitates hujusmodi penas a jure, vel constitutionibus praesinitas expendere, Hostiens. in c. Irrefragabili, nu. 2. r. vers. Caveat tamen, ibi, nisi forsitan egeret, supra eod. quem ibi sequuntur Joan. Andr. num. 18. vers. Dicit hic Hostiens. Jo. de Anat. num. 14. Abb. in §. Ceterum, nu. 1. & Felin. ibid. num. 9. vers. Limita dupliciter, ubi dicit ita ibi omnes tenere, & hic notant Hostiens. num. 5. vers. Et idem dicit de Episcopo, si egeret, Joan. Andr. num. 7. vers. Item si egerat. Butr. num. 8. post medium, vers. Vel in suam utilitatem, Anchar. num. 2. vers. Non obstat, Praeposit. post Gemin. in cap. Quoniam, sub num. 8. vers. Dicit tamen Hostiens. 18. distinctio, Diaz in praef. criminal. Canonice, c. 13. circa med. Covarr. var. resolut. lib. 2. cap. 9. vers. Quintum, Joan. Lap. in rubr. de donat. inter virum, & uxor. §. 19. col. ultim. Jul. Clar. in practice, §. fin. quest. 8. vers. in hac autem materia. Sic etiam obligatus ad elemosynam nomine alterius potest eam facere sibi ipsi, si sit in necessitate evidenti, ut docet Divus Thomas in 4. sentent. distinctio. 8. quest. 2. artic. 6. & in 2. 2. quest. 18 §. artic. 7. ad fin. Abb. conf. 34. Attingam, in fin. lib. 1. & alia Felin. relati in dict. §. Ceterum, sub num. 9. vers. Limita dupliciter,

sicut potest eam applicare suis consanguineis, si indigeant, ut notat Imol. in c. 1. nu. 2. & 6. de cohabit. Clericor. & mulier. Et hanc sententiam probavit sacra Congregatio Concilij, quae saepius censuit episcopum, si indigeat, posse pro se retinere eas tamen penas pecuniaras, quae a sacris Canonibus, vel Synodalibus statutis praedictis ad certam quantitatem fuerint praefinitae: eas autem, quae vel ab ejus arbitrio, vel per sententiam nullam praecedente Canonum, vel statutorum Synodalium determinatione imponuntur, nequaquam alijs, quam pijs locis, vel vltibus applicate posse: verum penas Clericorum non redemptum, item concubinariorum, ac multas pecuniaras semper pijs locis esse applicandas, quemadmodum Tridentini Concilij decretis salubriter cautum est. Licet postea sacra Congregatio, existimavit episcopos pauperes consultus facturos, si pro hujusmodi applicationibus sibi, vel suis officialibus faciendis, ad Sedem Apostolicam recurrant, ut dixi in c. Presbyteri, num. 22. de penis.

19. Ex his patet non licere Archiepiscopo hujusmodi penas Merino applicare: nam priorem Hostiensis sententiam, videlicet penas ex statuto impostas posse episcopum in proprijs usus convertere, jam rejecit S. Congregatio, nisi in casu indigentiae: reditus autem Ecclesiae Ulxibonem. dicuntur ascendere ad sexaginta millia aureorum.

Neque obstat, quod hoc casu Archiepiscopus applicet penas hujusmodi officiali Merino, qui nisi hoc lucro alliceretur, delicta Tabernaculorum impunita remanerent in diminutionem divini cultus, & contemptum auctoritatis Archiepiscopalis: nam responderetur, huic inconvenienti non esse obviamdum per alium inconveniens, c. Is autem, & c. Nequus, 2. 2. quest. 2. c. Non diu agnoscere, & ibi gloss. infra, ne Clerici, vel Monachi. & in puncto respondit eadem Sacra Congregatio Concilij consulta ab Episcopo Montis Aicini: nam cum is petisset facultatem applicandi suis ministris saltem dimidiam partem penarum hujusmodi, sicut fecerant ejus antecessores; nam praeter inopia ipse non posset salarium constituere, eaque de causa vix reperiretur, qui operam suam ejus Curiae praestare vellet: sacra Congregatio censuit hujusmodi ministros ea de causa nihil percipere debere, nec quidquam esse contrarias, quod aliqui percipi vetat concedendum. Cui consonat alia declaratio edita tempore Cardinalis Alexandrini: nam cum Episcopus Tudertinus quaesivisset, an Vicario episcopalis Curiae ex penibus, & multis aliqua portio assignare posset pro ejus mercede, ut vigilantibus criminibus indagandis incurreret juxta antiquum ritum ipsius Curiae, S. Congregatio censuit non posse.

21. Rursus non obstat, quod dicta Constitutio fuerit observata per quadraginta annos, ideoque presumatur confirmatio Apostolica, gloss. 1. in cap. Pervenit, de censib. Seraphim. decis. 536. nu. 5. Quoniam id forte postea procedere, si probaretur scientia specifica, & patientia Papae, ut declarat Cardin. in praem. Clement. §. Universitati, num. 2. vers. Dic melius, & patet exemplo alienationis bonorum ecclesiae sine beneplacito Apostolico, in quo cum sit necessaria scientia Pa-

22. illa non presumitur ex antiquitate temporis, ut pluribus probat Alex. cons. 9. §. si themate, nu. 8. lib. 3. Affili. decis. 107. num. 7. Cravett. de antiqu. temp. 3. part. in princ. nu. 18.

23. Adverte tamen, quia poena violentum dies festos pro tertia parte debentur accusatori, & pro quarta executoribus ex peculiari Constitutione Pij V. Cum primam, vers. Cum vero dierum festorum, & inferius vers. Multa autem pecuniarie, ut dixi in cap. Presbyteri, num. 14. & 25. de penis, & ibi vide latius per discursum de hac materia applicationis poenarum.

DE OFFICIO ORDINARI,

Cap. Grave.

S Y M M A R I U M.

- 1 Ordinarius in vim rescripti de corrigendis Clericis sua diocesis non potest procedere contra exemptos.
- 2 Mandatum jurisdictioni executivum non emittat jurisdictionem, sed committatur potestati jurisdictionis antiquae excitate.
- 3 Appellatio ad Metropolitanum non impeditur per litteras commissionis excitativas jurisdictionis Ordinarii.
- 4 Clausula auctoritate nostra procedas, impartat jurisdictionem delegatam.
- 5 Delegatus Papa non procedere possit contra exemptos si in litteris non sit facta mentio exemptionis.
- 6 Sententia Ordinarii in exemptis est ipso jure nulla ex defectu jurisdictionis, & num. seq.
- 7 Relaxari debet de facto quoad de facto processit.
- 8 Exemptus excommunicatus a jure in casu Papa non reservato an possit absolvi ab Ordinario loci.
- 9 Ecclesia, & persona exempta vel nullius diocesis tam saeculares, quam regulares an, & quibus casibus hodie subint jurisdictioni, & jurisdictioni Episcopi, & num. seq. usque in fin.
- 10 Locus exemptus in quo diserat a loco nullius diocesis.
- 11 Episcopi visitationi, vel jurisdictioni an, & quando subint Ecclesiae saeculares exemptae.
- 12 Ecclesia exempta regularis.
- 13 Monasteria in Congregationem non redacta.
- 14 Monasteria non curata.
- 15 Parochiales monasterio unita.
- 16 Monasteria non curata, in quibus viget regularis observantia.
- 17 Monasteria commendata.
- 18 Ecclesia regularis non curata, non commendata.
- 19 Ecclesiam nullius diocesis regularis.
- 20 Beneficia regularia nullius diocesis quoad seminarium.
- 21 Ecclesia saeculares nullius diocesis.
- 22 Persona saeculares nullius diocesis.
- 23 Clerici nullius diocesis quoad Synodum.
- 24 Regulares persona nullius diocesis.
- 25 Regulares Christi nullius diocesis.

- 26 Regulares nullius diocesis quoad processiones.
 - 27 Item quoad ordines, & dimissoria.
 - 28 Persona saeculares exemptae curam animarum exercentes.
 - 29 Aut non exercentes.
 - 30 Exempti saeculares privilegio personali, vel locali, & Capitula Cathedralium.
 - 31 Regulares degentes extra claustra.
 - 32 Apostata, & ejelli.
 - 33 Regulares extra claustra in civilibus causis.
 - 34 Regulares degentes intra claustra.
 - 35 Et quando censentur intra claustra degere.
 - 36 Persona saeculares intra claustra degentes.
 - 37 Regulares subint Episcopo in casibus infra scriptis, videlicet: Cum delinquant in administratione alicujus Sacramenti.
 - 38 Cum delinquant circa personas claustrum, & administrationem monasteriorum Mortalium.
 - 39 Quoad presidentium electioni Abbatissae, & quoad confessiones Mortalium, & honorum administrationem.
 - 40 Cum evigilant libros non servata forma Concilij.
 - 41 Quoad lectionem sacrae Scripturae.
 - 42 Cum praedicant sine licentia Episcopi, vel benedictione, aut eo contradicente.
 - 43 Cum praedicant errores, & scandala, & quoad fidei professionem.
 - 44 Quoad Consecratos.
 - 45 Quoad indulgentias, & elemosynas.
 - 46 Quoad celebrationem Missarum.
 - 47 Cum administrant bona Confraternitatum, vel Hospitalium.
 - 48 Quoad visitationem Confraternitatum in Ecclesijs Regularium.
 - 49 Quoad interstitia, & ordines.
 - 50 Cum audiunt confessiones sine Episcopi licentia, aut ea expirata, vel revocata.
- Et an, & quando semel approbati ad confessiones reprobari possint. ibidem.
- 51 Quoad accessum ad Synodum diocesanam.
 - 52 Quoad probationem numeri Mortalium.
 - 53 Quoad erectionem monasteriorum utriusque sexus. Et quae auctoritate, & quibus conditionibus monasteria sint erigenda, ibid.
 - 54 Cum reperti fuerint extra conventus sine mandato suorum superiorum.
 - 55 Cum studiorum causae absentes in Conventibus non habitant.
 - 56 Quoad claustrum monasteriorum Mortalium.
 - 57 Quoad licentiam Mortalium occurrere a monasterio.
 - 58 Quoad licentiam ingrediendi monasteria Mortalium.
 - 59 Quoad licentias accedendi ad colloquia cum Mortalibus.
 - 60 Quoad jus educendi Abbatissam pro institutione alterius monasterij.
 - 61 Quoad obligationem Confessorij extraordinarij pro Mortalibus.
 - 62 Cum se in Congregationem redigere neglecterunt.
 - 63 Quoad monasteria Mortalium Sedi Apostolicae immediate subiecta.
 - 64 Quoad Vicarios perpetuos in Parochialibus monasterio unitis, & amovibiles in monasterijs curatis.
 - 65 Quoad publicationem censurarum Episcopaliura.
 - 66 Quoad dies festos ab Episcopo indictos.
- Et quid quoad ritum, & conciones, ibid.